IRIMBERTUS ADMONTENSIS
12. Jh. Seite 30r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Cap. XIX^um Lib. Judicum. 30

FVIT QVIDAM Vir leuites habitans
in latere montis effraym. P uirum leui
ten quod interpretatur assumptus. accipi potest
quilibet homo in sancta conuersatione uiri
libus pollens actibus. qui non incongrue leuites
nuncupatur. eo quod ad seruiendum deo assumptus
esse uideatur. Si notandum quod idem. uir leui
tes in latere montis effraym habitasse de
scribitur. In latere quidem montis. non in ipso
monte effraym quod interpretatur frugifer ha
bitaculum habuit. quia plenum perfectionis
culmen nec dum contingere meruit. Qui ac
cepit uxorem de bethlehem iuda. P bethlehem
que domus panis. et iuda que confessio in
terpretatur. licet spiritalis quelibet conuersatio in
qua uere deum confitentes congregati sunt ac
cipiatur. nichilominus tamen per eandem beth
lehem regnum celorum in quo uerus ille panis.
panis uidelicet angelorum. aperte inhabitat. intel
legi ualet. Uxor uero quam uir ille leuites de
bethlehem accepit. sapientia diuinitus sibi
collata accipi potest. Si quia in latere mon
tis effraym habitauit. hoc est. quia ad
placitam dominorum operum perfectionem nec dum fruc
tificauit. reliquit eum uxor. i. sapientia. et
reuersa est in domum patris sui. Pater sapientie
deus omnipotens est. domus uero eius in qua manet.